

SOLENNIBVS EXEQVIIS

VIRI

MAGNIFICI, AMPLISS. ET CONSVLTISSIMI,

DOMINI

GEORGII

AVSTENII,

PRAE-CONSVL. ET PRAESIDIS

CIVITATIS THORVNENSIS

GRAVISSIMI,

DIE XXII. OCTOBR. ANNO dñi 1626,

AD AETERNAS BEATORVM SEDES

TRANSLATI,

MONVMENTVM HOC PIETATIS

EXTARE

AFFLICTOSQVE SOLATIO ERIGERE

VOLVERVNT

RECTOR ET PROFESSORES GYMNI. THORVN.



THORVNI,

Impressit Joh. Nicolai, NOB. SENAT. & GYMNI. Typ.

P. IAEINCHIVS R.

249.



Mnia non prorsus sunt omina somnia vana,  
 Est mens instantis nuncia saepe mali.  
 Hoc illi proprium. Quod abest, sentit. Speciesque  
 Exhibet eventus. Ipsaque imago metum.  
 Res est clara suis signis fatalia factis,  
 Est, defuncte, novo nunc manifesta Tuo.  
 Diri vexabat nos anceps alea belli,  
 Portendens cladem pectora nostra pavor.

Ite fugae multorum infelix exitit auctor,  
 Turbida ceu flores dissipat aura leves.  
 Hostiles iras, dum sic, trepidante caterva,  
 Vrbs tot fessa malis perniciemque timet.  
 Tristia iam, Praeses, Tibi plurima somnia dictant,  
 Et nox fatales obiicit atra metus.  
 Ingreditur Saxo post miles in oppida victor  
 Pellat ut adversos hac quoque parte sibi.  
 Dumque suae Dux militiae disponit acervos  
 Surgunt in moestum tela cruenta modum.  
 Sternitur in densa Praeses praesente caterva  
 Dum rebus dubiis consuluisse parat.  
 Ipse loco iusto cum pervigil excubat, ante  
 Quam putat, ante fores victima caesa cadit.  
 Non te laedendi studium, non crimen amarum  
 Perculit, infelix, sed pia fata Poli.  
 Haec arcana Dei fuit & veneranda voluntas,  
 Insoliti causa huic est manifesta modi.  
 Haec mala spectasti non vana in imagine, Praeses,  
 Nec metus is vanus, quem tulit ipsa dies.  
 Augurio sic ipse Tibi, Defuncte, fuisti.  
 Non sint haec nobis omina certa mali!  
 Imperium Romae capitum portendit acervus,  
 Hic quid quaeso boni? dum caput urbis abest.  
 Num Deus irarum vindex exstingvere flammam  
 Sic voluit, nostrum & caede piare nefas?  
 Victima sit Praeses! Sed nunc Deus optime parce!  
 Exitio populum subtrahe quaeso tuum!  
 Eventura Tuis tu longe prospicis aequus,  
 Ne nos affligi tot patiare malis.  
 Sed, qui coelesti donasti pace Beatum,  
 Fac, redeat post tot bella cruenta quies!

Observantiae

c. se

P. IAENICHIVS, R.



Wasser/ Feuer/ Stöcke/ Steine/ Ringe/ Spiegel nebst den Sternen/  
 Wie auch Schlüssel/ Punct und Hand/ Todte/ Thiere und ein Traum/  
 Ja was sonst Peucerus schreibt/ und allhier nicht findet Raum/  
 Daraus will der Menschen Vorwitz viele Jahre voraus lernen/  
 Wenn und wie man sterben soll.

Zwar ich mag nicht gänzlich läugnen/ (denn es ist sehr oft geschehen)  
 Daß ein Mensch den Sterbens-Tag hat vorhero angedeut/  
 Und wie es ihm gehen wird in der Wahrheit propheetet;  
 Doch ich zweiffle/ daß man könne unbetrüglich vorhersehen.  
 Wenn und wie man sterben soll.

GOTT allein nach seiner Weisheit hat sich dieses vorbehalten/  
 Daß Er/ wenn und wie Er will/ uns des Lebens-Ziel bestimmt/  
 Und auf unerbhoffte Art oft aus diesem Welt-Platz nimmt.  
 Deshalb läßt ein jeder Kluger GOTT nach seinen Willen schalten/  
 Wenn und wie man sterben soll.

Arriaga und Hottinger musten in dem Wasser sterben/  
 Bontekoe und Morillon, Henning Witte ebenfalls  
 Musten unerbhofft ins Grab: Denn Sie brachen sich den Hals/  
 Chamier muß durch die Kugel/ Rinckius durch Blitz verderben/  
 Wenn man also sterben soll.

Bürgermeister Hans von Loe, der getroffen und unverdroffen  
 Sich vor dieser wehrten Stadt in Gefahr und Krieg begab/  
 Findt, doch wider aller Wunsch/ statt Belohnung/ Tod und Grab/  
 Denn Er wird mit einer Kugel vor dem Schlosse Schweiz erschossen/  
 Weil Er also sterben soll.

Rechelwitz, der in der Neustadt als ein Raths-Herr ward geehret/  
 Und indem/ was seines Amtes/ sich mit Fleiß und Ruhm befand/  
 Dessen Rahnne und Geschlecht ändern mehr als mir bekant/  
 Stirbt durch eines Hundes Beißen/ der in Tollheit Ihn verfehret/  
 Weil Er also sterben soll.

HERR von AUSTEN unser ATLAS, der die Stadt sehr wohl regieret/  
 Dessen Klugheit und Verstand jederman hier rühmen muß/  
 Wird in seiner grossen Last/ Kummer/ Sorgen und Verdruß  
 Wunderbar durch eine Kugel in den linken Fuß bleihret/  
 Weil Er also sterben soll.

So spielt GOTT mit unserm Leben! Seeltig sind/ die hehlich sagen/  
 Was HERR AUSTEN stets gesaagt: Ich bin willig und bereit  
 Wenn und wie es GOTT gefällt/ Ihm zu folgen allezeit.  
 Denn so darff man sich nicht fürchten/ noch aus dummen Vorwitz fragen:  
 Wenn und wie man sterben soll.

G. P. Schulz.

**L**itera, quæ datur, hic est publica nuncia cladis;  
Et mœror iustus pectora nostra premit.  
Namque sua qui nos cura complectitur omnes  
Præses, tam subito morte cadit misera,  
Anni dimidium præclare hoc munere functus,  
Consilio avertit maxima damna suo.  
Terminus at fatalis adest. Laudemque meretur  
Perfecit quod opus tam bene dimidio.

*In Honorem Magnifici Præsidis f.*  
R. F. BORNMANN.

---

*Lacrymæ Civitatis Thorunensis.*

**O** Altissimos Providentiæ recessus!  
Afflictissima civitatum, magis in dies adfligor.  
Rudera ex ruinis, ex vulneribus funera;  
Exesa, quassata, convulsa tecta,  
Tam publica, quam privata;  
Curiam indefinenter fessam curis, confossam;  
Attonitos, ambustos, fractos cives;  
Agros cædibus, tanquam segete, oppletos;  
Colonos crudelissime spoliatos;  
Opes ad altem fere exhaustas,  
Et alia mille non minus mala  
Video, doleo, stupeo.

Necdum detumuit æther.

Alios sequitur casus alius,

Qui ut recentissimus, ita gravissimus.

**GEORGIUS AUSTEN**

PRAE-COS. & PRAESES SENATVS,

Heros alioqui imperterritus,

Diurnis nocturnisque consiliis

Decus meum & Præsidium,

Cæco & improvido telo

Cadit, concidit, occidit.

**O** Inauditum atque luctuosissimum casum!

**O** Genus mortis ipsa morte indignius!

**O** Triste & acerbum funus!

Quotquot itaque estis, Cives, confluite!

Diffluite lacrymis! Fletus ceu fluctus volvite!

Singultus cumulate singultibus!

Et si nondum potestis exorare, adorate tamen

Altissimos Providentiæ recessus.

**JO. ARNDIUS**